305 277

P

Reuerende in Christo Pater
P. C.

Quantoperè placuerit Ser^mis nris Principibus Linguarum omnium ad Unitatem Reductio, et ego antehac Scripsi, et ex lris RP Miller iam intellexerit RV, iam pridem enim Suas misit, Ut RVm perofficiosè Salutarem, voluit, atq indicarem quod Procurator Proviae vrae heri pensionem RV assignatam acceperit, et ad illum Scribendum Sit, Ut continuatè accipiatur dicta pensio annua, nam pecuniario negotio se immiscere non potest RP Confessarius. RP Schega per duos ferè menses podagrâ Laborauit, et hac causa est, quod RVae Scribere non potuerit, neq impetrare pro amanuensi quod petierat, faciet autem desiderio RV Satis, quamprimum potuerit. Hodiernus cursor defert lrâs Ser^mi Archiducis nri ad RV, ex quibus intelliget Laudes Suas, copiam curaui mihi describi Ut Patribus nris et hic et in Belgio exhibeam. Nisi Ser^mus noster alias mihi dedisset occupationes, iam misissem Dictionarium Vestrum, Solis numeris expressum, non notis Symbolicis quae ab omnibus commodè formari non possunt; conabor opus inchoatum perficere et iudicio RV Subyciam, Interim me SS^is RV Sacrificys commendo.
Viennae 17 Aprilis 1660

Seruus in Christo
Joes Bapta Van Hollant.

Reuerendo Patri in Chro P.
Athanasio Kircher Soc.tis IESV
Sacerdoti.

Holland

2

Romæ.